



M. ANTONII
SABELLICI,
RERUM VENETARUM
AB URBE CONDITA,
DECADIS SECUNDÆ,

L I B E R VI.

Sed Clodia mediis aquis, undique fere stagnis circumflua: habetque, ut Venetiæ, introrsum rivos navigabiles cum ipso mari refluxentes, extra vero rivulos plures salinis prædiolisque interjectos, quos incolæ velut secretiores calles litoribus frequentant. Hinc fuit, quod quandiu obsidio tenuit, non defuerunt, qui, occupato jam ab hoste portu, a Patribus ad magistratus, & rursus hinc Venetas noctu literas perferrent. Sed illi majora navigia non ferunt: una via, quæ est a portu ad urbem, quæque hosti-

1379
*Clodia si-
tus.*